

ILLUSTRATIONES
RELIGIO-
NIS MONASTICAE
in tres libros distributæ.

*Ex S. Scripturis, & ab antiquissimis qui-
busque Patribus probatae, omnibus
non modò huic professioni deuotis,
sed ceteris etiam Christianis
apprimè utiles.*

Authore V.P.F. Petro à S. Audomaro, alias de
Valloncappelle, Religioso instituti
Beati Benedicti, ex Monasterio
Sancti VVinnoci.



COLONIAE,
Audomaro Maternum Cholinum.
M. D. LXXXIII.



GOL. DEC. 1. BSV. SALM. ex dono Regem

REVERENDISSIMO
IN CHRISTO PATRI, AC
DOMINO, D. FRANCISCO A SAN-
TO Audomaro, aliás de VValloncap-
pelle, Episcopo, Namur-
censi S. P,



E eadem, Reueren-
dissime Domine, o-
pusculo præsentium
ys que in Institutio-
nibus monasticis ab-
hinc plus minus de-
cennio adidi, tracta-
rividantur, præmonendum putavi, longè
diuersos esse triusque scopos, alioq; me
hac scriptitando intendisse. Institutioni-
bus studuimus omnes monastice candida-
tos, qui vitam iuxta sacrosancti Concilij
Tridentini decreta, ac suæ vocationis pro-
fessionem instituere debeant, docere: tum
rectum, qua ad scopum sibi propria profes-
sione statutum pertingant, securam quidē
illam, atque facilem commonstrarē, er-
rantes vero à dæmoniorum precipitijs om-
nino horrendis ac mortiferis renocare. Ve-

PROLOGVS.

SANNAS odia calumnias, per
secutiones à dissimilibus nul-
lo non tempore piis pertu-
lisse contestatur Sapiens. Am
bulans (inquit) recto itinere,
et timens Deum despicitur ab eo, qui infa-
mi graditur via: Concinit illud Aposto-
licum. Omnes, qui pie volunt viuere in
Christo I E S V, persecutionem patientur. 2. Tim. 3.
Num id ipsum proclamant innumera san-
ctorum exempla? Quis obsecro eorum ab
impijs non est male multatus, ac dente ob-
rectatorum non acceptus acuto? Quis lin-
gua eorum virulenta attentatū se non sen-
sit calumniasque, atque probra ab ijs falsō
non pertulit plurima? Nōnne à Putipharis Genes. 39.
vxore innocens, atque pudicus Joseph mē-
daciter de impudicitia est accusatus, ac dā-
matus? Num Moysi, atq; Aaroni, tanquam Num. 16.
ambitiosis, primatumq; usurpantibus in-
justissimē detraxerunt. Chorē, Dathan, &
Abiron? Id horum prodigiosa indicat in-
ternecio. Et maledic Peace, impiè ni-
mis apud Saulem Dei sacerdotes velut ini-
micos regis, atque aduersus regiam maie-
statem cum Dauide conspirantes, detulit.
Longum esset per singulos veteris nouijs

A testa-

28

ILLVSTRA=

TIONVM MONASTI-

C A R V M.

Caput I.

Antiquissimam esse monastices professionem.

Sicut qui gloriam sacerduli auctoritatis
tum, eam à familiæ ac nobilitatis an-
tiquitate venari solent, sic & mihi,
cui propositum est monasticen, hodie ob
nonnullorum profitentium peruersitatem,
ac tenebras plusquam cymmerias obscurā,
ob idque multis odiosam, illustrare atque
ab insipientium odijs ac detractionibus vin-
dicare, consultum esse duxi, ut ab ipsius ori-
ginis veneranda antiquitate, de qua in libris
institutionum monasticarum dicta sunt mul-
ta, exordium sumam. Quin spero bonam in-
stituti nostri partem absolutam iri, ubi eam
veris ac manifestis asseruerimus argumen-
tis. Siquidem nemo tam perficitæ frontis,
seu potius mentis est peruersæ, qui cre-
dens antiquissimam esse monachorum pro-
fessionem audeat illi eiusque constitutio-
nibus (de quibus Deo nostris cœptis fauen-
te sigillatim dicemus) detrahere, aut etiam
de